

1207

L

Leo Adelidice domina de Cochiaci tam futurice
 quam presentibus Notum facio per hoc scriptum quod cum inter me
 et fratres Premonstratenses super Viuario et Molendino Cocuilla et
 nemore del Criste de Vinum cum prato Garneri et terris de Roserica
 et quibusdam redilibus Vertere' quarelas Ego tandem bonorum virorum
 qua consilio presentes et mediatores Reuerendo Patre Stephano
 Nouiomensi Episcopo Viuarium supradictum sicut maritus meus
 Radulphus illis in elemosinam ex hereditario suo concesserat ex
 dotalitio meo liberum eis concessi perpetuo possidendum quam
 possessionem a me factam postea in generali abbati' Capitulo
 recognoui. Nemus quoq' del Criste secundum quod posita meta
 perportant sub annuo censu undecim librarum suessionensis
 monete quinque solidis minus illis concessi similiter et pratum
 Garnerii sub annuo censu unius denarii eiusdem monete volo
 etiam et benigno permulto ut homines qui de tallia et assista mea
 non sunt ad molendinum ipsorum de Cocuilla libere ueniant ad
 molendum. Recognoui quoq' eis uiginti solidos prouenientium quoa
 dia pro domina Agnete quondam uxore mariti mei R. debeo
 annualim secundum formam scripti ipsius R. Recognoui quoq'
 alios uiginti solidos laudunenses quos magister Petrus pro anima
 mariti mei Radulphi contulit Ecclesie Premonstrati accipiendos
 ad Nonagias d' Poci in crastino purificationis beate Marice.
 Porro et metas que procliuia montium adiacentium Premonstrato
 ex parte nemoris mei distinguunt secundum quod eas posuerunt
 ministrales mei et seruientes filii mei Ingelranni cum fratrib'
 ipsius Ecclesie ratas habeo et meo confirmo assensu pariter et
 sigillo. Omnes quoq' quarelas quas usque in diem huius scripti

~